

Quod superest, Princeps Christianissime, Illustriſs. E. T. me commendo, ac  
planè mihi persüadeo, Tuam Illustriſs. C. aliquando mei rationem habitü,  
ram, præsertim, cum et antea fidelitas maiorum meorum, ac non  
modo præstantissimorum cognatorum, sed etiam cognatorum in augustis-  
simam Domum Saxoniam (absit autem verbo invidia) non raro per-  
specta sit. Unde et proavus noster ob fidem gloriosissimo laudatissi-  
moq; Duci Alberto Heroi, uel ipso hoste teste, primario (Qui, ut reli-  
quas eius laudes inenarrabiles taceam, pro rebus incomparabili fortitu-  
dine gestis meruit, ut communi decreto Imperij dextera vocaretur) in  
inferiori Germania præstitam, inter coeteros cultores haud postremum  
locum apud hunc principem suum obtinuit. Interim Dux  
clementissime, Deum Opt. Max. precor, ut respiciens has terras,  
in quibus rectè inuocatus fuit hætenus filius Dei, verus Deus et verus  
homo, nec non inuocationem, propagationem et defensionem veritatis suæ,

Tuum